



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1738. usque ad annum 1740

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1786**

**VD18 90119355**

§. 65. Species facti & juris a Patribus Oratorii typis vulgata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67878](#)

nuo longius protracto triginta tres Catholici Strandiani libellum supplicem obtulerunt, exponentes, quod integrum ferme anno sine Sacerdote & Sacrificio vivere cogerentur, proin humillime rogarent, ut quamprimum fieri posset, novus judicij terminus praesigetur, & citatis Participantibus eorumque Advocatis haec caussa agitaretur, & quam citissime decideretur: Nec sine fructu horum erant preces; confessum enim die quinta Junii utriusque parti injunctum, ut comparere festinarent; simul etiam Participantibus praefatus Catholicorum libellus communicatus, eisque insinuatum fuit, ut, nisi alia obstante, his Oratoribus, ceterisque Catholicis permitterent, ut occurrrente necessitate P. Düringkus Pastorale officium exerceret:

Sæc.XVIII.  
A.C. 1740.

§. LXV.

*Species facti & juris a Patribus Oratorii typis vulgata.*

Recepto hoc Curiæ judicio Patres Oratorii totius hujus caussæ seriem anno hujus saeculi quadragesimo secundo publicis typis vulgare decrevere, edito scripto, cui titulus: *Factum & deducio pro parte R. P. Joannis Francisci Düringcks nomine suo & ceterorum Patrum*

Sæc. XVIII. trum Oratorii Lovaniensium & Mechliniensium tanquam Con-Participantium Insulæ Strandice Septentrionalis contra Stalerum Indervelden reliquosque Confortes pariter dictæ Insulæ Participantes pro cassatione mandati Regii pænalis die vigesima septima Junii 1740. Et annexorum &c. In hoc scripto Auctor supra relatos libellos, argumenta, & rationes in synopsin contraxit, & non modo Regium mandatum aboleri, & Sacra menta per Patrem Düringck a Joanne Adolpho Osnabrugensi Episcopo interim destinatum Parochum Catholicis administrari, sed etiam Participantes ad expensas litis damnari petiit, his quoque adjunxit alia documenta ad hanc rem spectantia, & diplomata Pontificia contra Ultrajectensem Archiepiscopum edita, quibus comprobatum, omnes hujus Insulæ Pastores hucusque partim a Papa, partim a Vicario Apostolico Hannoveræ agente ad curam animarum deputatos fuisse.

Attamen adversus hoc scriptum Participantium potissimi in punto prætensæ extensionis exercitii Religionis privati aliud factum seu deductionem divulabant, in qua præfatus Zizscherus hujus scripti Author originem Catholici cultus in hanc Insulam invecti, necnon controversiam inter Pontifices Romanos

nos & Ultrajectinos Archiepiscopos fu- Sæc. XVIII.  
sius retulit, postea vero præcipue Jo- A.C. 1740.  
anni de Baesrode objectum Jansenismi  
crimen, & sui ordinationem ab excom-  
municato factam confutaturus respon-  
dit, tam hunc quam illum unacum to-  
to Clero Hollandico apprime Catholi-  
cos esse, eosque ad ejurandam hæreti-  
cam Jansenii doctrinam in damnatis pro-  
positionibus contentam semper paratos  
fuisse. nunquam tamen a legitimo Ju-  
dice auditos, nec eorum defensionem  
exceptam, cum tamen Christus Domi-  
nus Matthæi c. 18. id omnibus suis  
Successoribus demandasset, ac ipsemet  
Innocentius XII. specialiter circa Viros  
in foederato Belgio de Janseniana hæresi  
postulatos præceperit, ut nullus nisi le-  
gitime in judicio convictus propterea  
suo privetur officio, aut anathemate  
percellatur: idque tam ex sanæ ratio-  
nis regulis, quam Catholicorum scrip-  
tis comprobari, præterea Capitulum  
Trajectense contra intentatam excom-  
municationem, & priusquam hoc sa-  
crum fulmen vibraretur, mox ad re-  
medium appellationis recurrisse, ex  
ipsa autem appellationis interpositæ na-  
tura constare, ipsisque Romano-Ca-  
tholicæ Ecclesiæ statutis consonum esse,  
excommunicationes post interpositam  
appellationem suo carere effectu: Si  
vero.

Sæc. XVIII. vero obiiceretur a Patribus Oratoriis  
A.C. 1740. a Pontificum decisionibus appellatio-

nem ad universale Concilium non va-  
lere, eis opponi, quod plures Pontifi-  
ces fassi essent, quod sua judicia qui-  
dem in rebus fidei, non autem in aliis  
caussis infallibilia essent, ac propterea  
**Clerum Gallicanum tanquam Catholi-  
cæ Ecclesiæ fundamentalem legem ad-**  
**optasse hanc conclusionem, quod judi-  
cium Papæ absque Ecclesiæ consensu non**  
**fit irreformabile.** Si ergo hoc judicium  
est reformabile, tunc appellandi liber-  
tatem extra omnem controversiam esse,  
ac de ejusmodi appellationibus in nul-  
lo alio foro, quam in Conciliis univer-  
salibus judicari posse, his quoque sine  
ullo dubio Papam esse subjectum, id-  
que ex decretis Synodorum Pisis, Con-  
stantiæ & Basileæ celebratis probari:  
insuper Catholicos Insulæ incolas hu-  
usque nunquam, quod in Pastoribus ab  
**Ultrajectino Episcopo constitutis, eo-**  
**rumque ministerio carperent, inveni-  
se, priusquam Patres Oratoriis pub-  
licum Religionis cultum invehere at-  
tentassent: postquam vero hi suas ra-  
tiones juridice probatas nonnullis ex-  
suis a seclis omni data occasione insti-  
lare conati essent, inde necessario or-  
tum fuisse, ut ad consolidandas hasce  
rationes inter suos Pontificias quoque  
excom**

excommunicationum Bullas disseminarent: id vero eo minus tolerandum, quo certius in ipsis etiam Romano-Catholicis Regnis ac Statibus ejusmodi Bullas sine Principis territorialis praescitu ac consensu publicare & divulgare, indicis quoque severis poenitentialem effet: item notum esse, quod ejusmodi excommunicatio a Liparitano Episcopo anno Christi millesimo septingentesimo undecimo sine exequatur *Regio* in Siciliæ Regno promulgata non modo fuerit declarata tanquam nulla, sed etiam, cum in monitorio Romano propugnaretur, decisiones ac decreta oraculo supremi visibilis Ecclesiæ Capitis emanata, ac proin divinæ potestati subnixa a nulla humana potestate labefactari posse, huic sententiæ Siculos mox sese opposuisse, pariter in Galliis petente *Regio* Advocate præfatum hoc monitorium in Sicilia publicatum a Parisiensi Parlamento non tantum fuisse suppressum, sed etiam rursus per publicum edictum omnibus intimatum, omnino ac pro semper severo prohibitum esse, Brevia & Bullas a Romana Curia editas fine *Regio* beneplacito recipere, exequi, reimprimere aut vendere: Deni-  
*Hist. Eccles.* Tom. LXXVI. B b b que

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

**Sac. XVIII** que foederati Belgii Ordines tale interdictum specialiter in suis Provinciis promulgasse, & anno hujus saeculi vigesimo quinto die vigesima quinta Aprilis in suo ad Venetos responso contra illimitatam Romanæ Curiæ potestatem in eorum ditiones pari modo mentem suam declarasse: immerito quoque recens electo Pastori Baesrodio a Patribus opponi, ipsum non a septentrionalium Statuum Vicario Apostolico fuisse inauguratum; id enim omnino esse necessarium, probari non posse, potius per octoginta & amplius annos omnes Catholicos hujus Insulæ Pastores ab Ultrajectino Archiepiscopo constitutos fuisse, nec contrarium ex alias documentis probari &c. Ex his ergo inferebant Participantes, quod hi motus partim ab ipsis Patribus concitati, partim a quibusdam incolis propagati non ex sincero Religionis Catholicæ Zelo, sed ex immatu-  
ro se Parochiali Ecclesiæ subducendi, & domesticum cultum ad publicum extendendi ardore, ac præcipue ex humanis & male fundatis consiliis profluxissent: Eapropter Regium poenale mandatum executioni dari petierunt.

§. LXVI.